

misistis. Quapropter vestre maiestati studiosius supplicamus, quatenus, quod promisistis, circa nos dignemini adimplere, quod apud regalem reverenciam semper promereri volumus corpore et rebus.

XXX (82, fol. 53^r)

Ein Unbekannter an Herzog Albrecht von Österreich: die Kurfürsten würden Adolf von Nassau wegen schlechter Herrschaft absetzen und ihn zum König krönen

Um 1298 Juni 23.

[I]n tempore veteris testamenti Saul regem^{a)} propter suam maliciam de regno legimus destitutum et David propter^{b)} suam benignitatem de custodia ovium ereptum et in regem similiter constitutum. Si^{c)} ergo nostris^{d)} temporibus volente Domino dominus Adolfus de Nazzau, qui numquam regaliter se gessit nec imperium regaliter gubernavit, per electores^{e)} regios destituitur et vos in procuratorem imperii ordinabimini et in regem, super eo noster animus non compungitur, sed de augmento vestri honoris vobis corde letissimo congaudemus.

XXX. a) rex b) pp c) sic d) nrīs e) electiones